



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

4. De Beneficiorum pluralitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

Secl. I. De Benefic. Receptor. Senten. 39

21
Octava,
Habilitas
ex parte
corporis

Octava *Habilitas ex parte corporis*, quæ necessaria sit ad decenter præstandum officium, Vnde impotentes ad mania ordinum exercenda sunt iure naturali beneficiorum incapaces. Tales sunt, qui manibus carent, vel cæci, vel muri, vel perpetuo amentes. At si debilitas aliqua superueniat, per quam quis ineptus ad officium reddatur, non ideo beneficio antea obento privatur, sed potest eo libere potiri. *cap. Nisi, de renunciat. Azor. p. 2. l. 6. c. 2. Filliuc. tr. 4. l. 6. §. 9. 2.*

22
Nona, In-
firmitas Ec-
clesiæ

Nona denique, *Intensio determinata Ecclesiæ status*, & ordinis requisiti in tali officio. Quia absurdum esset dari Ecclesiastica beneficia iis, qui adhuc fluctuant, nec decreverunt se Ecclesiæ ministerio dicare. Satis autem existimo, si quis sincerè, ac bona fide se proponeret itatum Ecclesiasticum intrare, nec velit ab eo resiliere proposito, nisi causa aliqua iusta incidere. Hinc qui accipit beneficium eo tantum animo, ut eius alatur fructibus, donec studia absoluerit, vel opulentiam uxorem inuenerit, cum animo tunc illud deserendi, peccat mortaliter, nec retinere potest, non tamen ad restitutionem obligatur fructuum, si muneri suo satisfecit, nec est ipso iure privatus, nisi sit Parochiale beneficium. *Nau. sum. c. 2. §. 1. 18. Azor. p. 2. l. 6. c. 9. Filliuc. tr. 4. l. 1. m. 4. 2. Sotus de iust. l. 10. §. 1. 5. 46.*

quæ in eadem Ecclesiâ haberi nequeunt. Hæc beneficia incompatibilia primi generis vocantur. Trident. sess. 7. c. 4. Azor. p. 2. l. 6. c. 10. §. 1. *Cap. Quia in tantum, de præbend. Cap. Gratia, de rescript. in 6. Cap. Quia nonnulli, de Cleric. non resid. cap. litteras, de concess. præben.*

Incompatibilia secundi generis sunt, quæ simul quidem licet retineri non possunt absque dispensatione, tamen non ita pugnant, ut alterum vacet, altero obento. Talia sunt reliqua necesse est beneficia residentiam postulata, quæ sine gravi peccato simul retineri non possunt. *Lesl. l. 2. c. 3. 4. n. 1. 40. Filliuc. tr. 4. l. 1. m. 4. 3.*

Papa in pluralitate beneficiorum potest dispensare, libere quidem, ubi tantum esset contra ius commune. Quia est supra illud. Vbi autem ius commune, aut diuinum, non nisi ratione iustis de causis, hinc enim iuri Papa subicitur. beneficio profecto tres dispensandi iustas causas annuero prima est, iusta Ecclesiæ necessitas. Secunda, pia eiusdem utilitas. Tertia, evidens prærogativa meritorum, quæ in maius commodum, ac utilitatem Ecclesiæ cedat. Per prærogativam meritorum intelligo generis nobilitatem, dignitatem personæ, egregiam litteraturam, industriam, prudentiam, virtutem. *cap. dudum 2. de elect. cap. de multa, de præbend. Nau. sum. c. 2. §. 1. 2. 5. Azor. p. 2. l. 6. c. 12. Sylui. 2. 2. §. 6. 3. n. 2. quæst. 3. concl. 7.*

Papa Legatus potest etiam in pluralitate beneficiorum dispensare, sed cum limitatione, primo, ut Episcopatus non sint, dignitates, aut curatæ. aliquando Secundo, ut congruam sustentationem non excedant. Tertiò, ut sub eodem recto non ad sint. Episcopus, *cap. de multa, de præbend. Filliuc. tr. 4. l. 1. m. 38.* Episcopus potest etiam dispensare cum eisdem tribus limitationibus. Præterea si duo beneficia sub eodem recto dissimilia sint, & vnum non sufficiat ad congruam sustentationem, poterit dispensare: si vero similia sint sub eodem recto, nec Legatus, nec Episcopus poterit. Et ita refert declarasse sacram Cardinalium congregationem Garcia de benef. p. 1. l. 6. §. 1. n. 377. *Lege cap. sanctorum, dist. 70. Ioan. Andr. c. 1. de consuet. in 6. Azor. p. 2. l. 6. c. 12. §. 6.*

Qui autem per dispensationem plura beneficia curata obtinuit, non est tucus in conscientia, sed tenetur alterum resignare, si non putetur labesse legitima dispensandi causa, & est tutus sequatur animarum damnum ex prælati absentia, etiam si per vicarios administraretur: vel detur ob id scandalum populi. Vnde talis absolvens non esset, nisi vno retento, reliqua dimittat. Idem dixerim de eo, qui, causa iusta non existente evidenter, obtinuit plures dignitates, personatus, Canonicatus, & alia huiusmodi, quæ residentiam requirunt. *D. Tho. quodlib. 9. a. 15. Caiet. v. Beneficiorum multiplicatio, Tolet. l. 5. c. 8. l. 1. n. 4. Sot. l. 1. de iust. §. 6. a. 3. Lesl. l. 2. c. 3. 4. n. 15. 1.* Qui vero obtinuit alia beneficia simplicia, secuslo similitudo, potest a Confessario absolui, cui quidem liberum est probabilem Canonistarum doctorum opinionem sequi. *Azor. l. 6. c. 12. §. 11. Filliuc. tr. 4. l. 1. m. 40. Lesl. l. 2. c. 3. 4. n. 15. 1.*

CAPVT IV.

De Beneficiorum pluralitate.

23
Habilitas
beneficiorum
conceditur
superioribus
ob
causas.

PRIMUM ex causis iure Canonico pluralitas beneficiorum conceditur. Prima est, quando exiguus redditus habent. Secunda, quando vnum beneficium est alteri coniunctum, & vnum. Tertia, quando Clericus idoneus non inuenitur. Quarta, quando vnum in titulum, alterum in commendam datur. Quinta, quando vnum habet animarum curam actum, aliud habitu tantum, quia ob ætatis intemperiem, vel bellum populus abcesserit. Sexta, quando ex consuetudine duo beneficia simul possidentur. Septima ratione iustæ ac debite indulgentiæ videtur superioris auctoritas ex causa dispensare. *Cap. vno 10. §. 3. Cap. Eam te, de etate. Cap. Clericus 2. l. 1. §. 1. Cap. Qui plures 2. l. 1. §. 1. Cap. licet canon, de elect. in 6. Cap. Sanctorum, dist. 70.*

24
Quia sunt
beneficia
incompati-
bilia primi
generis

Alia beneficia sunt iure incompatibilia, alia incompatibilia. Compatibilia dicuntur, quæ vel iure communi, vel saltem consuetudine simul haberi queunt. Incompatibilia verò, quæ nec iure, nec consuetudine simul quis habere potest. Talia sunt quæ habent animarum curam siue in foro conscientie tantum, ut Parochia, siue in foro contentioso, ut Episcopatus, Archiepiscopatus, Patriarchatus, &c. Et beneficia, quæ dicuntur dignitates, personatus, vel officia, quæ requirunt residentiam, ac personarum distinctionem. Et Canonici, ac portiones in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis secularibus, vel Regularibus. Et alia sunt incompatibilia ex conditione, nimirum sub eodem recto, hoc est, beneficia, *Eccl. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.*